

EPITHALAMIA
HONORIBUS NUPTIALIBUS

Humanissimi, Præstantissimi & Literatissimi
VIRI

Dn. Valentini

Laurentii,

Nobilis Gymnasii, quod est in Rosalebia, Conrectoris
Dignissimi, SPONSI,

Cum,

Lectissima Pudicissimaq; Virgine

Magdalena,

Viri integerrimi JOHANNIS GOL-
DENS Filia, SPONSA,

Concinnata

à

Præceptoribus, Fautoribus, Collegis & Amicis

Anno

QVo nVptos bLanDâ foVet aVrea LaVrea MÛrto.

LIPSIÆ excudebat Justus Jansonius Danus, Anno 1629.

Z^e
3219

541.

2

X 2055616



BIBLIOTHECA
MUNICIPALIS

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)





Ota valent vatum, LAURENTI!
carmine fusa;

Pace, opibus, natis, munere prospereris

Conjugio: Quid enim? Nil heres. Cuncta fideli

Eveniunt, si sint prospera, prospereris.

*Sic vovet, favetq; suo non ita olim
discipulorum optimo*

*M. Andreas Wilkius Gymnasii Gothani
Rector prid. Nonas. Mart. Anno
1629.*



Absq; ullâ pompâ venit & sine Syrmate Musa,
Et coctis clarâ versibus arte minus:

Gratatûm venit ecce! tibi; sed flumina venæ
Mars turbat, Doris miscet amaritiem.

Nos *Centaurorum* grex improbus, atq; trahaces
Harpyie assidue væ! malè decoriant.

Et licitum impune est istis agere undiq; prædas
Ungvibus incurvis, glutineoq; pede.

Nil istis sanctum est; contaminat omnia Aëllò;
Das, nondas; præstò est carnificina tibi.

Hinc & obæratu totus, debensq; animam ipsam
Pauper in argenti sede Menippus eget.



In Ioculis vacuis extendit aranea casses ;
 Non libella datur, sportula nulla datur,
 Caupo, Piscator, Salsamentarius, auceps,
 Rem facit, eꝗ ejus præda labore venit.
 Sola pruinosa glacialiꝗ horrida panno
 Esurit, Actæo gens operata Deo.
 Obsidet usꝗ fores, clamatꝗ tributa petitor,
 Æs sitiens poscit Curia, miles hiat.
 Et non indigner, dicamꝗ? Valetate camenæ,
 Et vatum sterilis, carmen inane, labor!
 Ite procul vestro si nil proedstis alumno!
 Ite, nihil si me gloria vestra juvat!
 Jejunas quis vos adamet, vestrasꝗ catastas
 Mendicas cupiat mente lubente seqvi?
 Sed quid ego hæc autem neꝗicꝗvã ingrata revolvo?
 Nil profunt lacrimæ, nulla querela juvat.
 Quod dixi venio tibi vincla jugalta metris
 Gratatum. Vigeat, qui benè coepit, amor.
 Pax sit amica toro; capiatis, quicquid avete!
 Lauretum feriant fulmina nulla tuum.
 Nempe mali. Procul inde pedes *Eris* auferat atros;
 Omnia *Eros* fluvio *svavi* sonante riget.
 Impluat ex alto largum benedictio rorem,
 Et vos longævã posteritatẽ beet!

M. Johannes VVeizius Gymnasti Gothani P.



Jure, tuo me vis Hymenæo dicere fausta,
 LAURENTI, cordis portio magna mei!
 Sed mihi, queso, dabis veniam, adversante minervã
 Quod neꝗeo tædis scribere digna tuis.

Ne

*Ne tamen officium veteris planè absit amici,
 Hac tibi cum sponsa jam mea vota fero:
 Sit tibi prole pia Fœcundus, pace Quietus,
 Fortunis Locuples, Dulcis amore Torus.
 Tale meum votum est: si debeo plura precari,
 Dic Lorens, tibi num plura rogare queam?*
 David Kelner Ecclesiæ Go-
 thanæ Diaconus.

Aurum cordi hominis vires, oculisq; nitorem
 Suppeditare ajunt, igne perire negant.
*Magdala nempe suum ducens cognomen ab Auro,
 Cordi det vires, suppeditetq; tuo:
 Non dolor illa oculis sit, sed tibi blanda voluptas,
 Hinc vestrum nec crux distrahet ulla thorum
 Te aurificem ô faustum! cuius ne sperne fodinam,
 Venas illa tibi porriget aurifluas.
 Quod voveo det Jova Auro bona imago prematur,
 Laurenti, ad longos jugiter usq; dies.
 Amicitæ & congratulationis
 ergo f.
 M. Justus Henricus Jacobi, Pastor
 p. r. Allerstadii.*

Non quisquam fruitur Veris odoribus,
 Hyblæo aut spoliat melle cavernulas,
 Et plena ambrosio rore foramina,
 Si vultum timidus sincipiti cavet,
 Et sentes metuit, vitat aculeos.
 Tendit Pegaseo more ferox equus
 Ad metam, indocilis ferre volabile
 Calcar; nunc putridam concutiens humum.

A 3

Nunc



Nunc spumâ recogvens frena madentia,

Vesci qui nucleo vult penetrat nuce,

Licturus stolidis ridicularia,

Sic velum soliti pandere remiges;

Altum seu Zephyrus, seu tenes horridus

Auster, sive sinistro mare flumine

Fertur, seu placido sistitur athere.

Ten' dicam à tenero flore puertia

Perpessum pariter multa sed ardua?

Scandens Aonium sponte tuâ decus

Vitabas stimulos ingenis pigris

Addendos: Neq, quod contulit artifex

Natura eximii torpuit obrutum.

Sed sicut cineri subditus emicat

Ignis: sic animi prodiit ignea

Virtus, ut tenerum culmen humo tulit

Perrupitq, moras & retinacula.

Nimirum duo sunt composita, quae ferunt

Ad laudes solidas, his Dea casta

Praest, ex cerebro nata Patris Jovis;

Illis omne trucidat vindicat imperi

Jus Bellona sibi, nescia parere.

Hâc sub militiâ Palladis à teneris

Dum certas, solitis non sine laudibus

Laurentis En stabili fœdere jungitur

Doctrina pretium, Bella puellula!

Cujus si faciem indagine pensitas,

» Quantivis precii conspicitur; Decus

» Virtutes, Pudor & Commemorabile

» Nomen, Conveniens, integritas, Honor

» Contra aurum veniunt; Fama probabilis

» Est cunctis! Quid ego? terq, quaterq, te

Feli.

*Felicem celebros; Quem DEUS hoc modo
Dignatur, properat, prosperat & Beat.*

*Hæc tu mactæ animâ! Jova juvat totum,
Ut cernis; juvat hunc Sancta Trias. Vige
Ergo, Cumq; tuâ Doctæ Valens, Vale.*

M. Joach. Knappe Ejusdem
Scholæ Rector.

Quod mens casta Deus, foedæq; libidinis hostis,
Quodq; idem casti sit fautor & autor amoris;
Quod domui praestet sapiens & conferat uxor,
Quod contra noceat Scabies germana marito;
Id satis edocuit crebrò nos pagina sacra,
Insuper & Salomon passim docet ore disertò.

Ergò quid damnas thalamum *Romane Priape*,
Et fers mille lupas orco, turbamq; nothorum?
At tibi pro scelere hoc, & pro furialibus ausis
Persolvat meritas grates, & præmia reddat
Debita conjugii princeps DEUS autor honesti.

At tibi, cui animo melior sententia constat,
Qui fugis illicitos æstus & foedera sancti
Conjugii præfers inconcessis hymenæis
LAURENTI, eveniant felici sidere quævis.
Vivacis veluti gestas pia nomina *LAURI*,
Sic te vivacem conservet ametq; Jehova.
Teq; tuamq; beet sponsam Deus auctor amoris,
Illi Cumææ donet, tibi Nestoris annos,
Et pulcrâ faciet vos prole subindè parentes.

Fausæ acclamationis E.

f.
*Fridericus Bartensteinus, p. l.
Cantor Rosleb.*

U 4 Valen-



Valentinus Laurentius-Magdalena,

Per Anagrammatismum

I,leni nutu lustra venas, Da galenam:
Unus venâ stillet urna, Da lagenam.

Impleat, impensè rerum licet impare nisu,
Mensuram voti, Candide Amice, tui
Septenus, geminâ surgente, Quaternio, classe,
Talia Cadmèæ proles adornat epe:
I bonus, & quoties non est numerare beatis
Auspiciis fretus, letus & ominibus
I, lustra venas leni, sponse optime, Nutu,
Quas alit arcanis alma fodina bonus,
Da, nova nupta, parem thalami, eadèq; Galenam,
Alterni dives copia martis eat.
Unus affectus constante duobus in una,
Carne animis vena stillet & urna riget,
Da, non-exhausto fundentem fonte Lagenam,
Nectar amoris fluxu pacis, & ambrosiam.
Alternis lustrate, date, stillate, rigate,
Incrementa feret summus ab axe parens,
Proliparis thalami venis, sexusq; galenis
Maeste vir & vira sit solis utraq; domo:
Plena refrigerii sit in arctâ sorte Lagenam,
Dives & annonæ Vena, Galena boni.

*Johann. Lemmerhirt Megalo-
Béeringia Pastor.*

Longus,

595
L *ongus, Ceritus, non homo, quod pia*
Natura primo lacte puerpera
Immulsit arcanis medullis,
Et *Genius* pater imputavit;
Quicumq; vano turbidus impetu
Expecto ratum postulat, indidem.
Simillimus ceco Gigantum
Et nimio Lapithum furori;
Qui factiosis stultus & impius
Refingit ausis, quod Deus arbiter
Mandavit æternis statutis,
Suppliciiq; rigore sanxit.
Utroq; nequam nequior, & Deo
Deiq; jugi lege vicariæ
Quicumq; naturæ sacratum
Seditiosus opus profanat.
Romæ libido foeda *sacerrima,*
Et *Septicollis Jupiter impotens,*
Incuriosus præpotentis
Et nihil hunc *Genium* moratus,
Commasculatos flore viros suo,
Et *succiplenæ* vere juvenculas,
Oppressulatis impeditos
Carceribus, viduans inescat;
Aptumq; proli seminium malis
Elumbe furtis efficit & necat.
Intaminatus, sacrosanctus
Ipse tamen stabulatur exlex
In fornicatis & Veneri sacris
Fanis profanis, ipse profanior.
O belluinam castitatem!
A Satana patre cælibatum!

Qvis-

Qvisqvis professus nomen homunculi,
Christiq; quovis nobilius tenes,
Indulta naturæ medela
Sit tibi cara, situsq; cordi-
Incestuosi fulmina Vejovis
Et tu, Valenti, despicias, & DEI
Antiquiorem *Septicollis*
Cautus habes sequerisq; legem.
Congratulatus prestigias malas,
Et offuturum deprecor oscinum:
Auspex & autor gratuletur
Connubii Deus ipse vobis.
Immunis irâ, nescius invidi
Livoris, exsors litigii, satur
Sit melleorum suaviorum,
Et sobolis torus annuatim.

Ita gratulabundus vovebat

Christophorus Lorey, Pyrgo Hel-
drungo-Tyrigeta SS. Theologiæ
Studiofus & Alumn. Elect. Lipsiæ.

L Aurea, Laurenti, Pallas tibi ferta ministrat,
Aurea sed sponsæ cinxia Juno tua:
Ambobus pectus Venus ustulat ignea flammis.
His tribus an junctis quis meliora dabit?
Immo Dei pietas major majoribus ambos
Dotibus auctavit, spe, bonitate, fide.
Idem.

L Aurenti, lauri doctæ cognominis aure:
Magdala de crocæ flore vocata rosa.

Lau-

Laurenti, te Phœbus amat, sua gaudia, laurum :
 Magdala, te speculum Juno Venusq; suum.
 Laurenti, decorat te mira Valentia lauro,
 Magdala, te pulcris æmula forma rosis,
 Laurenti, lauri cognomen & omen habeto,
 Magdala, virgineum perpete flore decus.

Congratulabatur

Godefredus Lindemuth Islebiâ-
 Saxo. Philos. Studiosus Lipsiæ.

Quantum Laurento præstat munitio Romæ,
 Egroto tantum præstat ubiq; Valens.
 Hoc benè dignovit formosa puella, Valent!,
 Quæ datur in thalamum fœdere juncta tuum.
At teneris infans habuisti nempè Valentis
 Nomen: jam quoq; vir nomen & omen habes.
 Gratulor ergò, velut sese frons laurea pandit,
 Sic crescat vestrum prole vigente genus.
 Absit mens ægrota: senex ut Nestoris annos
 Cum sponsâ felix mente Valente teras.

Martinus Faschius Heldrungensis
 Philosophiæ Studiosus Lipsiæ.



Ad Sponsam suam ut tenellulam ita
 carissimam.

Magdala virginea decus & laus prima catervæ,
 Cordis delictum mollis & aura mei.

Salve



Salve & amoris tuo, thalami dum pacta ferimus,
Affectu pauca hac suscipe verba favens.
Magnus amor Deus est, qui cuncta focillat amore,
Vincit & in stabili sint duo sede pares.
Quiq; hominum mentes variis conjungit in oris,
Et nuptam mirâ copulat arte viro:
Sic quoq; dum firmo mihi fœdere jungeris, in me
Sentitur solidum dulcis amoris opus.
Inde putes nostris tantos in mentibus ipsum
Ardoris stimulos conciliaffe Deum.
Cognita qui nunquam procul & diversa ligavit
Corcula nostra novi spe veniente thori.
Et quia Magnus amor Deus est, in te suator sit
Tela, in me tuus ut mutuus esset amor:
Qui concors mecum certet certamen amoris,
Perq; vices Veneri bella dicata gerat:
Cujus hic eventus: MEUS ES TU: Tuq; vicissim
Es mea: nil præter carmen amoris habet.
Scire tuum est igitur fidissima portio cordis,
MAGDLENA ô animi pars veneranda mei.
Dulcis ut in nobis crescens concordia dulcis
Conjugii castus regnet ubiq; pudor;
Sit sine lite torus, sit, si coeamus in unum,
Una fides, unum fœdus et unus amor.
Christe tuum nobis indultum suggere, amorem
Improba ne fucô distrahat Ata suo.

Sponsus 6. Cal. Decembr. Anno 1628.

FINIS.

Pon. Zr 3279. QZ

Ep
 HONOR
Humanissim
 Dn.
 Nobilis Gymna
Le
 M
 Viri integ
 Præceptorib
 Quo nVptos
 LIPSIÆ excua
 i
 rectoris
 GOL-
 nicis
 Mÿrto.
 629.

Z^o
 3219
 2
 541.

X 20556A6

